Invoco vos, O comites sic ornnos,--
Quisque ductor fortis, et omnis Ingens,--
Cura sit non tradere jus venandi;--
          Convenit id quod.

Dulcius quam scribere potest ulla
Penna, cum telis equitare quovis,
Ac ferire planitiae bovem, aut in-
          figere plumbo.

Poscite haec, sed quaerite porro nullum.
Tunc securim nos sepelimus vere,
Gens et Indorum fiet ora uti qui
          Pallida jactant.

Jam satis fusum mihi sanguinis sit.
Ductor et sum inclytus omne in aevum.
<u>Scalpe</u>, tunc, Indos, mihi nomen ante,
          Ac super, omnes.

TAURUS QUI SEDET